

*Amidanus, qui Placentine post ecclesie prefectus est et annis pluribus Urbem romanam gubernavit, Stephanus Cacia Novariensis, Franciscus Bosius iureconsulti, Andreas de Panigaleis, Stephanus Peregallus, Jacobus Cernerius, Arnoldus Theutonicus scribe concilii et Iulianus Romanus; in Austria*⁴¹: *Michael Fullendorfius prothonotarius imperialis, Heinrichus (sic) de Monte Solis cancellarius Austrie, Procopius eques Bohemus, Johannes Anderbachius pontificii iuris interpres, secretarius cesaris, et Johannes Nichil astronomus Bohemus – boni et honesti amatores anime. Benefactoribus, quibus se plurima debere fateri solet, usus est Nicolao papa quinto, Frederico cesare tertio, Ludewico sancte Cecilie, Johanne et Nicolao sancti Petri ad Vincula, Nicolao et Dominico sancte Crucis, Juliano et Johanne sancti Angeli presbiteris et diaconibus sancte Romane ecclesie cardinalibus*⁴², *Francisco de Piciolpassis archipresule Mediolanensi, Johanne Segobiense, quem Felix ad cardinalatum invexerat, Bartholomeo Novariensi et Leonardo Pataviensi, Nicodemo Frisinensi (sic) et Silvestro Chiemensi episcopis*⁴³ *et Jaspere Slike imperialis aule cancellario*⁴⁴.

Schließlich folgt noch einmal ein Resümee von Piccolominis Lebensgewohnheiten und moralischer Entwicklung:

*Dum quiete (sic) se dare voluit, raro sine libris fuit, raro sompni-um ante admisit, quam hore spasio ex autoritatibus legeret, cartis*⁴⁵ *plurimum incubuit, epistolas celerrime dictavit, scripsit munde et multum. Sed neque viciis caruit, quibus non adolescentis inbesilla etas solum, verum et virilis admodum vexata est. Mendosam tamen naturam partim gravior etas et consilium proprium, partim amicorum liber animus correpsit. Namque ubi se lectus aut porticus excepit solum, preterite vite cursum ad memoriam redi[g]ens,*

41) Die Freunde in Österreich: Michael von Pfullendorf, Ulrich Sonnenberger, Prokop Rabstein, Johannes Hinderbach, Johannes Nihili.

42) Die Kardinäle: Louis Aleman, Juan Cervantes, Nikolaus von Kues, Niccolò Albergati, Domenico Capranica, Giuliano Cesarini, Juan de Carvajal.

43) Die Bischöfe: Francesco Pizzolpasso von Mailand, Juan de Segovia, Bartholomeo Visconti von Novara, Leonhard von Layming von Passau, Nicodemo della Scala von Freising, Silvester Pflieger von Chiemsee.

44) Kaspar Schlick. S schreibt den Vornamen immer *Jaspar*.

45) Zum Folgenden vgl. Horaz, Sermo I, 4, 130-139: *mediocribus et quis / ignoscas vitiis teneor. Fortassis et istinc largiter abstulerit longa aetas, liber amicus, / consilium proprium. Neque enim, cum lectulus aut me / porticus excepit, desum mihi: 'Rectius hoc est'. 'Hoc faciens vivam melius' ... / Haec ego mecum / compressis agito labris; ubi quid datur oti, / illudo chartis.*